rūt me inique Qui retribuūt ma
la ꝓ bonis detrahebāt mihi: qm̄ ſe
q̄bar bonitatē. Ne derelinq̄s me
dn̄e deus meus: ne diſceſſeris a me.
Intēde in adiutoriū meū: dn̄e de⁹
ſalutis mee Gl'a Ps̄

Miſerere mei deus: ſcd̄m mag-
nā miām tuā Et ſcd̄m multi-
tudinē miſeracionū tuaꝝ: dele ini

q̄tatē meā Ampli⁹ laua me ab ini
q̄tate mea: ⁊ a peccō meo mūda me
Qm̄ iniq̄tatē meā ego cognoſco:
et pccm̄ meū ↄtra me eſt ſp. Tibi
ſoli peccaui et malū corā te feci: vt
iuſtificeris in ſermonibus tuis et
vincas cū iudicaris Ecce em̄ in ini
quitatib⁹ ↄceptus ſum: ⁊ in pecca
tis ↄcepit me mr̄ mea Ecce em̄ ve
ritatē dilexiſti: icerta ⁊ occulta ſa
piētie tue manifeſtaſti mihi Aſp
ges me yſopo ⁊ mūdabor: lauabis
me ⁊ ſup niuem dealbabor Audi
tui meo dabis gaudiū et leticiā: et
exultabūt oſſa humiliata Auer
te faciē tuā a peccatis meis: et oēs
iniq̄tates meas dele Cor mundū
crea in me deus: ⁊ ſpm̄ rectū inno

na in viſceribus meis Ne proijci-
as me a facie tua: ꝛ ſpm̄ ſcm̄ tuum
ne auferas a me Redde mihi leti-
ciā ſalutaris tui: et ſpū principali
confirma me Docebo iniquos vi-
as tuas: ꝛ impij ad te ꝯuertentur
Libera me de ſanguinib⁹ de⁹ d's
ſalut; mee: ꝛ exultabit ligua mea
iuſticiā tuam Dn̄e labia mea ape-
ries: ꝛ os meum annūciabit laudē
tuam Qm̄ ſi voluiſſes ſacrificiū
dediſſem vtiq; holocauſtis nō dele-
ctaberis Sacrificiū deo ſpūs con-
tribulatus: cor ꝯtritū ꝛ humilia-
tū deus non deſpicies. Benigne
fac dn̄e in bona volūtate tua ſyon:
et edificent muri hierlm Tūc ac-
ceptabis ſacrificiū iuſticie oblatio

nes ⁊ holocauſta: tūc imponēt ſu-
per altare tuū vitulos Gl'a

Domine exaudi oꝛōem meā: ⁊
clamoꝛ meꝰ ad te veniat Nō
auertas faciē tuā a me: In quacun
qꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aureꝫ
tuam In quacunqꝫ die inuocaue
ro te: velociter exaudi me. Quia
defecerūt ſicut fumus dies mei: et
oſſa mea ſicut cremium aruerunt
Percuſſus ſum vt fenū et aruit
coꝛ meū: quia oblitus ſum comede
re panē meū A voce gemitꝰ mei:
adheſit os meū carni mee. Simi-
lis factus ſuꝫ pellicano ſolitudīs:
fcūs ſū ſicut nocticoꝛax ī domicilio
Uigilaui. ⁊ fcūs ſū ſicut paſſer ſo
litariꝰ ī tecto. Tota die exꝓbrabāt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mihi inimici mei: ꝛ qui laudabant
me aduerſum me iurabāt. Quia
cinerē tanq̄ panē mādūcabā: ꝛ po
culū meū cū fletu miſcebā A facie
ire indignatōis tue: qꝛ eleuās allı͛
ſiſti me. Dies mei ſicut vmbra de
clinauerunt: ꝛ ego ſicut fenū arui.
Tu aūt dn̄e in eternū permanes
et memoriale tuū in gn̄atione ꝛ ge
nerationē. Tu exurgēs miſere
beris ſyon: qꝛ tp̄s miſerēdi eius q̄
venit tp̄s. Qm̄ placuerūt ſeruis
tuis lapides ei⁹: ꝛ terre ei⁹ miſere
būtur. Et timebūt gētes nomen
tuū dn̄e: ꝛ oēs reges terre gloriam
tuā. Quia edificauit dn̄s ſyon: et
videbit in gl'a ſua. Reſpexit i ora
tionē humiliū: ꝛ nō ſpreuit precem

eorꝝ Scribantur hec in generatio
ne altera: ꝛ pplꝰs q̄ creabit' lauda
bit dn̄m. Quia ꝓſpexit de excelſo
ſcō ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit
Ut audiret gemitus ꝯpeditoꝝ:
vt ſolueret filios interēptoꝝ Ut
annūcient in ſyō nomē dn̄i: ꝛ lau
dem eius in hierl'm. In ꝯueniēdo
ppl'os in vnū: ꝛ reges vt ſeruiant
dn̄o. Rn̄dit ei in via virtutis ſue
paucitatē dieꝝ meoꝝ nuncia mihi
Ne reuoces me in dimidio dierū
meoꝝ: in generatione ꝛ generati
onem āni tui. Initio tu dn̄e terrā
fundaſti: ꝛ opera manuū tuarum
ſunt celi Ipſi peribūt tu aūt ꝑma
nes: et oēs ſicut veſtimentū vete
raſcēt Et ſicut opertoriū muta

bis eos ⁊ mutabūtur: tu aūt idem
ipſe es ⁊ anni tui nō deficient. Fi
lij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabūt: ⁊ ſemē
eoꝝ in ſclʼm dirigetur Gl'a
De ꝓfundis clamaui ad te do-
mine: dn̄e exaudi vocem me-
am Fiant aures tue intēdentes
in vocem dep̄cationis mee Si ini
quitates obſeruaueris dn̄e: domi
ne quis ſuſtinebit. Quia apud te
ꝓpiciatio eſt: ⁊ ꝓpter legē tuā ſu-
ſtinui te dn̄e. Suſtinuit aīa mea
in v̄bo eius: ſperauit aīa mea ī dn̄o
A cuſtodia matutina vſqȝ ad no-
ctē: ſperet yſrl' in dn̄o Quia apud
dn̄m mīa: ⁊ copioſa apud eū redē-
ptio Et ipſe redimet yſrl': ex oib'
iniquitatibus eius Gl'a.

Domine exaudi orõem meam auribus ꝑcipe obſecrationeꝫ meã: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia. Et nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo: qꝛ non iuſtificabit' in ꝯſpectu tuo oĩs viuẽs Quia ꝑſecutus eſt inimicus aĩaꝫ meã: humiliauit in terra vitã meã Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: ꝛ anxiatus eſt ſuꝑ me ſpiritus meus in me turbatum eſt cor meum Memor fui dierꝫ antiquorum: meditatus ſum in oĩbus operibus tuis: in factis manuũ tuarꝫ meditabar Expãdi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi Velocit' exaudi me dñe: deficit ſpũs meꝰ. Nõ auertas faciē

tuã a me: ⁊ ſimilis ero deſcendẽti-
bus in lacũ. Auditã fac mihi ma-
ne miam tuã: q2 in te ſperaui No-
tam fac mihi viã in qua ambulem
q2 ad te leuaui aniã meã Eripe
me de inimicis meis dñe ad te ꝯfu-
gi. doce me facere voluntatẽ tuã:
q2 deus meus es tu Spũs tu⁹ bo-
nus deducet me in terrã rectã: ꝓp-
ter nomẽ tuũ dñe viuificabis me
in eq̃tate tua Educes de tribula-
tione aīam meã: ⁊ in mīa tua diſ-
perdes inimicos meos. Et ꝑdes
oẽs qui tribulant aīam meã. quo-
niã ego ſeruus tuus ſum Gla.
Kyrieleyſon Chriſtel'. Chriſte
audi nos Pater de celis deus
miſerere nobis Fili redẽptor mũ-

di deus.miſerere nobis. Spūs ſcē
deus.miſerere nobis
Scā trinitas vnꝰ deꝰ. miſe.no.
Scā maria Ora pro nobis
Scā dei genitrix or
Scā virgo virginū or
Scē michael or
Scē gabriel or
Scē raphael or
Oēs ſci angeli ⁊ archan orate
Scē ioannes baptiſta or
Oēs ſci pr̄iarche ⁊ ꝓphete ora.
Scē petre or
Scē paule or
Scē andrea or
Scē iacobe or
Scē ioannes or
Scē thoma or

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| Sce̅ iacobe | oꝛ |
| Sce̅ philippe | oꝛ |
| Sce̅ bartholomee | oꝛ |
| Sce̅ mathee | oꝛ |
| Sce̅ ſymon | oꝛ |
| Sce̅ thadee | oꝛ |
| Sce̅ mathia | oꝛ |
| Sce̅ barnaba | oꝛ |
| Sce̅ luca | oꝛ |
| Sce̅ marce | oꝛ |
| Oe̅s ſci apl'i ⁊ ewa̅geliſte | oꝛate |
| Oe̅s ſci diſcipuli dn̄i | oꝛate |
| Oe̅s ſancti innocentes | oꝛate |
| Sce̅ ſtephane | oꝛ |
| Sce̅ line | oꝛ |
| Sce̅ clete | oꝛ |
| Sce̅ clemens | oꝛ |
| Sce̅ ſixte | oꝛ |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| Scē corneli | oꝛ |
| Scē cypriane | oꝛ |
| Scē laurenti | oꝛ |
| Scē vincenti | oꝛ |
| Scē criſogone | oꝛ |
| Scē ioannes | oꝛ |
| Scē paule | oꝛ |
| Scē coſma | oꝛ |
| Scē damiane | oꝛ |
| Scē ignati | oꝛ |
| Scē alexander | oꝛ |
| Scē marcelline | oꝛ |
| Scē petre | oꝛ |
| Scē fabiane | oꝛ |
| Scē ſebaſtiane | oꝛ |
| Scē pontiane | oꝛ |
| Scē lamberte | oꝛ |
| Scē dionyſi cū socijs tuis | oꝛate |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scē bonifaci cū ſocijs tuis ora.
Scē maurici cū ſocijs tuis ora.
Scē gereon cū ſocijs tuis ora.
Oēs ſancti martyres ora.
Scē auguſtine oꝛ
Scē martine oꝛ
Scē ſiluester oꝛ
Scē leo oꝛ
Scē gregori oꝛ
Scē ambroſi oꝛ
Scē hieronyme oꝛ
Scē nicolae oꝛ
Scē remigi oꝛ
Scē hilari oꝛ
Scē ſeruati oꝛ
Scē willibrorde oꝛ
Scē benedicte oꝛ
Scē egidi oꝛ

Scē bernarde oꝛ
Scē franciſce oꝛ
Scē dominice oꝛ
Scē antoni oꝛ
Scē lebuine oꝛ
Scē odulphe oꝛ
Omnes ſancti ꝯfeſſores ora.
Scā maria magdalena oꝛ
Scā felicitas oꝛ
Scā perpetua oꝛ
Scā agatha oꝛ
Scā lucia oꝛ
Scā agnes oꝛ
Scā cecilia oꝛ
Scā anaſtaſia oꝛ
Scā ſcholaſtica oꝛ
Scā walburgis oꝛ
Scā geertrudis oꝛ

Scā margareta oꝛ
Scā katherina oꝛ
Scā barbara oꝛ
Scā urſula cū ſodalib⁹ tuis oꝛa.
Scā anna oꝛ
Scā monica oꝛ
Scā elyzabeth oꝛ
Omnes ſancte virgines ⁊ vidue et continentes Orate ꝓ nobis
Omnes ſancti orate ꝓ nobis
Propicius eſto Parce nobis dñe
Propicius eſto Libera nos dñe
Ab inſidijs diaboli. Libera nos.
Ab ira tua Libera nos domine.
A ſubitanea ⁊ improuiſa morte. Libera
A morte ꝑpetua Libera.
A peſte ⁊ clade. Libe.
Ab omni immūdicia mētis ⁊ corpis Libera.

Ab ira ⁊ odio ⁊ ab omni mala vo-
luntate li. A peccatis nr̄is libe.
Ab omni malo libera. Per in-
carnationē ⁊ natiuitatē tuam li.
Per baptiſmū ⁊ ieiuniū tuū. li.
Per paſſionem ⁊ crucē tuā libe.
Per moꝛtem ⁊ ſepulturā tuā li.
Per ſanctā reſurrectionē et glo-
ſam aſcenſionē tuam. libe. Per
aduentū ſpūs ſci paracliti libera.
In die iudicij libera nos domine
Peccatoꝛes Te rogamꝰ audi nos
Ut pacē nobis dones Te ro. Ut
indulgentiā ⁊ remiſſionē oīm pec-
catoꝝ nr̄oꝝ nobis donare digneriſ
Te ro. Ut dn̄m apoſtolicū et cun-
ctum eccleſiaſticū oꝛdinē in ſancta
religione ꝯſeruare digneriſ Te ro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ut antiſtitē nr̄m in tuo ſcō ſerui
tio ꝯſeruare digneris Te. Ut re
gē nr̄m ⁊ cunctū pplm̄ chriſtianū
precioſo ſanguine tuo redēptū cō
ſeruare digneris Te. Ut aerꝭ tē
periē nobis dones Te. Ut fructꝰ
terre dare ⁊ ꝯſeruare dignerꝭ Te.
Ut bn̄factoribus nr̄is eterna bo/
na retribuere dignerꝭ. Te ro. Ut
aīabus oīm fideliū defunctoꝝ req
em eternā donare digneris Te ro.
Ut grām ſancti ſpūs cordibꝰ nr̄is
infundere digneris Te. Ut men
tes nrās ad celeſtia deſideria eri
gas Te. Ut nos ad vitā eternā ꝑ
ducere dignerꝭ Te. Ut nos exau
dire digneris Te ro. Fili dei. Te.
Agnus dei qui tollis pctā mūdi

Parce nobis dñe Agnus dei qui
tollis peccata mũdi Miſerere no-
bis Agnus dei q̇ tollis pctã mun
di Dona nobis pacẽ Chriſte audi
nos. Kyrieleyſon. Chriſteleyſon.
Kyrieleyſon Pater noſter Et ne.

Preces.

Ego dixi dñe miſerere mei: ſa-
na aĩam meã q: peccaui tibi Con
fiteãtur tibi dñe õnia opera tua: et
ſancti tui bñdicant tibi Sacerdo-
tes tui induant iuſticia: et ſci tui ex
ultent Peccauimus cũ patribus
nr̃is: iniuſte egimus iniquitatẽ fe
cimus Dñe nõ ſcđm pctã nr̃a faci
as nobis: neqꝫ ſcđm iniq̃tates no-
ſtras retribuas nobis. Domine
ne memineris iniquitatũ noſtrarũ

antiquaꝝ: cito anticipent nos mi
ſericordie tue qꝛ pauperes facti ſu
mus nimis Adiuua nos deus ſa
lutaris noſter: et ꝓpter glām no
minis tui dñe libera nos ⁊ propici
us eſto peccatis noſtris ꝓpter no
men tuū. Eſto nobis dñe turris
fortitudīs: a facie inimici Domie
exaudi orōem meā: et clamor meꝰ
ad te veniat. Oremꝰ ¶ Collecta
Exaudi q̄ſumus dñe ſupplicū
preces ⁊ cōfitentiū tibi parce
peccatis vt pariter nobis indulgē
tiā tribuas benignꝰ ⁊ pacē ¶ Coll.
Deus cui ꝓprium eſt miſere...
et parcere ſuſcipe deprecationē no
ſtram ⁊ quos delictoꝝ catena con
ſtringit miſeratio tue pietatis ab

ſoluat ¶ Collecta

Ineffabilem mīam tuam dñe no/
bis clementer oſtēde: vt ſimul nos
a peccatis exuas et a penis quas
pro his meremur eripias Per

¶ De pace

Deus in quo ſancta deſideria
recta ɔſilia ⁊ iuſta ſunt opera
da ſeruis tuis illā quā mūdus da/
re nō poteſt pacē: vt ⁊ corda noſtra
mandatis tuis dedita ⁊ hoſtiū ſub
lata formidine tpa ſint tua prote/
ctione tranquilla ¶ De pace.

Eccleſie tue queſumus domie
preces placat⁹ admitte vt de
ſtructis aduerſitatibus et errori/
bus vniuerſis ſecreta tibi ſeruiat
libertate ¶ De pluuia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deus in quo viuimus moue-
mur et ſumus: pluuiā nobis
tribue ꝯgruentē vt pn̄tibus ſubſi-
dijs ſufficiēter adiuti ſempiterna
fiducialius appetamus

De ſerenitate aeris

Ad te nos dn̄e clamātes exau-
di ꝛ aeris ſerenitatē nobis tribue
ſupplicantibꝰ: vt qui ꝓ pctīs nr̄is
iuſte affligimur mīa tua preueniē-
te clementiam ſentiamus.

Pro itinerantibus Collcā.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus
nr̄is: ꝛ viam famulorꝝ tuorꝫ
in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone
vt inter oēs vie ꝛ vite huius varie-
tates tuo ſp̄ ꝓtegamur auxilio

Incipiunt hore de ſcā cruce

## Ad matutinas

Chriſtus domin⁹ factus eſt pro nobis obediēs vſq; ad morte: mortem aūt crucis

Patris ſapientia veritas diuina deus hō captus ē hora matutina. a ſuis diſcipulis ac notis derelictus. iudeis ē vēditus tradit⁹ et afflictus Adoramus te dn̄e ieſu chriſte ⁊ bn̄dicimus tibi: qꝛ p ſanctam crucē tuā redemiſti mundū Qui paſſus es p nobis: miſerere nobis Dn̄e exaudi orōem meā Et clamor meus ad te veniat Collcā

Reſpice q̄s dn̄e ſup hanc familiā tuā pro qua dn̄s noſter ieſus chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentiū: et cruc̄ ſubire

tormentū Qui tecum viuit et reg
nat in vnitate ſpūs ſancti deus. p
omnia ſecula ſeculoꝝ Amen.

Ad primam

Chriſtus dūs factus eſt ꝓ no-
bis obediens vſqꝫ ad mortē ꝛc.

Hora prima ducunt ieſum ad pi-
latum: falſis teſtimonijs multum
accuſatū: in collū pcutiunt. mani-
bus ligatū. vultū eius ꝯſpuūt: vt
eſt prophetatū. Adoramus te dn̄e
ieſu chriſte et benedicimus tibi: qa
per ſanctā crucē tuam redemiſti
mundū: qui paſſus es ꝓ nobis: mi
ſerere nobis Dn̄e exaudi Collcā

Domine ieſu chriſte fili dei vi-
ui pone paſſionem crucem et
mortem tuam inter iudiciū tuum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et animas noſtras nunc ⁊ in exitu
earū ⁊ largiri digneris vinis gra
tiam ⁊ miſericordiam: fidelib⁹ de/
functis requiē et veniam: eccleſie
tue ſancte pacem ⁊ concordiam: et
nobis miſeris peccatoribus vitā,
et leticiā ſempiternā Qui vi.

Ad terciam

Chriſtus dn̄s factus eſt.
Crucifige crucifige clamitāt ho/
ra terciarum. qui illuſus indutus
eſt veſte purpurarum. caput eius
pūgitur corona ſpinarum: crucē
portat humeris ad locum penarū
Adoramus ⁊c. cū collecta Domie
ieſu chriſte vt s. Ad ſextam

Chriſtus dn̄s ⁊c. Hora ſexta
dominꝰ ieſus eſt cruci ↄclaus

tus. pre tormētis ſitiēs felle ſatu-
ratus: pendēs cū latronib⁹ cū his
eſt deputatus. ſiniſter eum repro-
bat latro ſceleratus. Adoram⁹ ꝛc.

Ad nonam

Chriſtus dñs ſcūs ꝛc. Hora
nona dñs ieſus expirauit helv he-
lv clamās aīam patri cōmēdauit:
latus eius lancea miles pforauit.
terra tunc ꝯtremuit ꝛ ſol obſcura
uit. Adoramus te chriſte. cū collcā
Dñe ieſu chriſte fili dei viui ꝛc.

Ad veſperas

Chriſtus dñs factus eſt pro no
bis obediēs vſqꝫ ad mortē ꝛc.
De cruce ieſus ponit᷑ hora veſpti
na: fortitudo latuit in mente diui-
na talem mortem ſubijt vite medi

cina hen corona gl'e iacuit ſupina.
Adoramus te chriſte cum collecta
Reſpice vts ad primā ¶ Ad ꝯple.

Chriſtus dn̄s ꝛc. Hora ꝯple-
torij datur ſepulture corpus
chriſti nobile ſpes vite future con-
ditur aromate complētur ſcriptu-
re iugi ſit memoria mors hec mihi
cure. Adoramus te dn̄e ieſu cū col-
lecta Dn̄e ieſu chriſte ꝛc.

¶ Preparatoria ad miſſaȝ celebrā-
dam ſiue ad ſacrā ꝯmunionem
¶ Oratio ante confeſſionem.

Mitte piiſſime domine meri-
tis mūdiſſime et ſp immā-
culate v̉ginis marie lucem
tuam et veritatē tuā in aīam meā

hue oēs defectus meos in verita-
te mihi oſtēdat quos ꝯfiteri me o-
portet. Atqꝫ iuuet ⁊ doceat ipſos
plene ⁊ cū debita cōtritione expli-
care. Qui viuis ⁊ regnas ⁊c̄.

Oratio

Omnipotens ſempiterne deꝰ
qui ꝯfitentiū tibi corda purifi-
cas. te humiliter exoro vt ſecundū
multitudinē miſerationū tuarꝫ
de oībus peccatis meis quibꝰ accu-
ſat me conſcientia mea. purā mihi
cōcedas agere ꝯfeſſionē. verāqꝫ ꝓ
hijs oībus mihi tribuas penitētiā.
Reſpice pijſſime dn̄e in me ⁊ miſe-
rere mei per amorē dulciſſime vir-
ginis ⁊ matris tue Marie ⁊ ꝑ in-
terceſſionē oīm ſanctoꝝ tuoꝝ dele

Iniquitates meas. Largire dñe de preteritis veniã. de pñtibus conti nentiã. de futuris cautelã. ut feli cieritu ad te merear pueire Amẽ.

Oratio poſt confeſſionẽ.

Sit tibi dñe obſecro merit9 bea tiſſime virginis Marie mrĩs tue. grata et accepta iſta confeſſio mea Et quicquid mihi defuit nũc et alias de ſufficientia contritiõis de puritate ꝛ integritate confeſſi onis: ſuppleat pietas et miſericor dia tua. q̃ me dignetur habere ple nius ꝛ perfectius abſolutum in ce lis. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpũs ſancti deus per omnia ſecula ſeculoꝝ Amen

Orõnes ante cõmunionẽ

Omnipotēs ⁊ miſericors de
us ecce ego miſer et infelix
pctō: accedo ad ſacramen-
tum corporis et ſanguinis filij tui
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Accedo inq̃ infir-
mus ad medicum vite. immūdus
ad regē glīe fonteq; mīe. cecus ad
lumē claritatis eterne Dep̄cor igi
tur dulciſſime dn̄e tue pietatis abū
dantiā. vt meā digneris ſanare in
firmitatē. lauare feditatem. dita
re pauptatē. veſtire nuditatē. illu
minare cecitatē Vt ipſum panem
angelo⁊ et regē regū. tanta reue-
rentia ⁊ timore. tanta cognitione
et honore. tanta deuotiōe ⁊ amore
tali ꝑpoſito ⁊ humilitate ſuſcipe
merear: ſicut tibi placet ⁊ expedit

ſaluti aĩe mee. ⁊ oĩbus pro quibus
orare teneor. Da mihi q̄ſo dn̄e filij
tui corporis ⁊ ſanguinis nō ſolum
ſuſcipe ſacramentū. ſed etiā v̄tutē
ſacri. Et ↄcede vt dilectū filiū tuū
quē nūc quidē velatū ſuſcipe ꝓpo
no reuelata tandē facie ad faciē cō
tēplari valeam Amen

Oratio ante cōmunionem

Conſcientia dn̄e trepida acce
do ad ſacrū miſteriū corporis
et ſanguinis tui. nil de ꝓprijs me-
ritis p̄ſumens. ſed de tua mīa cōfi
dens Scio eñi dn̄e oculos tue pie-
tatis ↄtēplari in p̄ńti ⁊ in oib⁹ ho-
ris ſcōs angelos tuos ad illud cele
ſte miſteriū ſemꝑ aſſiſtere. Quali
ergo fiducia ego miſerrimus p̄ſu-

mo accedere. qui grauiſſime pecca
ui: quō inđ ꝑticipare audeo tāto
miſterio tante dignitatis cuȝ ſim
putredo ⁊ vermis. Sed recordare
dn̄e creature tue quā redemiſti ſā
guine ꝓprio Penitet enim me pec
caſſe. ⁊ ꝓpono emēdare te auxiliā
te. omne malū quod feci. Da ergo
clemētiſſime dn̄e mihi miſero pec
catori ſpaciuȝ penitendi. cui tā diu
pepciſti delinquenti. Et cōcede vt
hec ſacro ſancta ꝑticipatio quam
ego mente ⁊ corpore ſumere preſu
mo. ſit omniū peccatoꝝ meorū re
miſſio. ſit cogitationū turpiū effu
gatio . ſit opeꝝ tibi placentiū ſalu
bris ꝑpetratio: vt ſic tandem mihi
conferatur eterna refectio Amen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Oratio ante cōmunionem

Agnoſce mihi dn̄e deꝰ qꝛ te ro-
gare cōpellor. dum p̄ immun-
da labia mea nomen ſcm̄ tuū con-
fiteor Non enī habeo apud te. ver-
ba ſine crimine Tu quippe cōſcien-
tie mee vulnera. tu cogitationū
meaꝝ occulta noſti Miſerere mei
domine miſerere mei Miſerere pi-
iſſime. deſideranti et accipienti mi-
ſterij tui ſecreta. Et in quo bona
opera non agnoſcis. deſiderium
laudationis ſaltem non recuſes.
Confiteor cor meum prauum. lin-
gua mea mendax eſt. oculi vani.
ceruix erecta omnium ſuperbia.
manus plene iniquitatibus. ꝫ om-
nis vita p̄dita. Qua fronte inter

alios p̄ſumo accedere ad ſacroſan
ctū corpus ⁊ ſanguinē tuū. qui nō
ſum dignus celū reſpicere pre mul
titudine iniquitatū meaꝝ. Tamē
bone ieſu q̄ mitꝭ ⁊ ſuauis es ⁊ copi
oſus in mīa oībus te inuocātibus
Tibi ſupplico totis p̄cordijs meis
ne ꝓijcias me a facie tua pre innu-
meris ſceleribus meis. ſed medicu-
na tua ſana vulnera mea Et doce
me prius in ſpū humilitatis pieta
tem tuā implorare. ne a cōmunicāe
tanti miſterij repellas vicijs ſordi
datū. Sed aridā terrā pectoris mei
irriga beneficijs gr̄e tue. ⁊ fructu
penitētie. Et ꝯcede michi vt pura
cordis ꝯſciencia mundoq; corde et
corpe. hoc tuū ſacramentū corpis

et ſanguinis percipere merear ad
ſalutē et remiſſionē omniū pecca-
toꝝ meoꝝ Amen

Letania ante cōmunionē

Kyrieleyſon. Xpēleyſon Ky-
rieleyſon Xpē audi nos: xpē
audi nos Pater de celis qui ꝑ fili
um tuū nos creaſti: in quē anima
mea ſperat vt des illi panē celeſtē
tpe oportuno Da clemētiſſime pa
ter vt tali deuotione eundē filium
tuū ieſum in me ſuſcipiā. vt ꝑ eum
tibi ꝑpetuo cōiungar Et ꝑ eundē
filiū tuū Miſerere mei

Fili redēptor mundi ieſu xpē qui
homo propter nos fieri dignatus
es. quiq; teipſū in cena tuis dedi-
ſti diſcipulis in eſcā. Da mihi vt te

agnū paſchalē in venerabili ſacr̄o
digne ſumere merear ad remediū
et ſalutē corꝑis ⁊ aīe Amen

Spūs ſcē deus q̄ beatā v̄ginē ſuꝑ
oēm creaturā ſanctificaſti. ⁊ ineſ-
fabili modo fecūdaſti Da vt ꝑ tuaꝫ
ſctām aſpirationē hoc venerabile
ſacr̄m digne ſuſcipiā. nō ad iudiciū
ſed ad delictorum indulgentiam.
Amen.

Sancta trinitas vnus deus q̄ ho
minē mirabiliter creaſti ⁊ mirabi/
lius redemiſti. Per teipm̄ q̄ es fōs
totius pietatis Miſerere mei

Sancta maria virgo immacula/
ta que dn̄m ieſuꝫ es enixa. ꝓpicia/
tionis agnū pro noſtra redēptio/
ne mactandū. Vt eundem filium

tuum vulneratū. occiſum. ⁊ glori
ficatum. hodie et ante horam mor
tis mee: digne ⁊ ardenti deſiderio
ſuſcipiam

V Orate pro me

Omnes ſancti angeli ⁊ archan-
geli. quos ſuaui refectione reficit
filius ſummi patris in celeſti pa-
tria Vt eundem verum deum dig
ne ſuſcipere merear et plene ipſo
vobiſcum perfrui in ſecula Orate
pro me

Omnes ſancti patriarche et pro
phete qui chriſtū ieſum dominum
noſtrum redemptorem futurum.
dictis prophetaſtis. Vt meum de-
ſiderium in ipſo perficiatur. Ora
te pro me.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Omnes ſancti apoſtoli quos pri
mo dñs ieſus ſua p̄ñtia ⁊ ſcipſo ci-
bauit: ſe immaculatū agnū in vlti
ma cena vobis dans ꝯuiuium Vt
ipſum eundez dñm ieſum hodie et
in vltima hora feliciter ſuſcipiam:
et ad eius ꝯuiuiū perueniā Orate
pro me

Omnes ſancti martires qui fu-
diſti ſanguinē veſtrū ꝑpter deum
Vt corpus et ſanguinē ſancti ſan-
ctoꝝ digne ⁊ ſalubriter ſuſcipiam.
Orate pro me

Omnes ſancti ꝯfeſſores q̄ ieſum
xp̄m veſtris manibus ꝯdigne tra
ctaſtis. quos ob ſui noīs ꝯfeſſionē
in celeſte ꝯuiuiū trāſtulit Vt eiuſ
dem conuiuiȷ̄ particeps efficiar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orate pro me

Omnes ſacre virgines quas ie-
ſus xp̄s honorauit pre ceteris car-
nē ſumēs de v̄gine Vt ipſum ſpō-
ſum veſtrū digne ⁊ caſte ſuſcipiā.

Orate pro me

Omnes ſancti quibus deus epu-
las eternas p̄parauit Vt ī azimis
ſinceritatis ⁊ veritatis vobiſcum
epulari merear hic ⁊ in futuro

Orate pro me

Oratio ante miſſam

Omnipotēs ⁊ mitiſſime deus
pietatē tuā ſupplici deuotio-
ne depoſco. vt oīm peccatoꝝ meoꝝ
vincula ſoluas. cunctiſqꝫ meis cri-
minibus clemēter ignoſcas Et q̄
me indignū peccatorem ad miſte-

xiũ tuũ vocare dignatus es. ſicme tibi idoneũ miniſtrũ efficies: ut ſacrificiũ de manib⁹ meis placide ac benigne ſuſcipias. electorũq; ſacerdotũ me pticipẽ facias. ⁊ de preceptis tuis in nullo me oberrare pmittas Per xpm dñm nrm Amẽ.

Dñe non ſuz dignus ut ſub tectũ meũ intres: ſed tm̃ dic v̄bo ⁊ ſanabitur aĩa mea

Orõnes poſt cõmunionem

Corpus et ſanguis dñi nři ieſu chriſti cuſtodiat aĩam meã ⁊ corpus meũ in vitaz eternam Amen

Oratio poſt cõmunionem.

Tibi laus tibi glĩa tibi grãrum actio o beata ⁊ benedicta glo

rioſa trinitas Precipue autez tibi
dulciſſime dñe ieſu xp̄e qui ex volū
tate patrꝪ ſpiritu ſancto cooperā-
te carnem ſuſcipere ⁊ mortē ſubi-
re dignatꝰ es ꝓ nobis miſerꝪ Qui
qꝫ ingiter ꝓ ſalute nr̄a immolaris
et iugiter ꝑmanes Te inqꝫ glorifi/
fico te ſuperexalto. qui me viliſſimū
peccatorē. ⁊ ab omni beneficio tuo
indignum tantis criminibus irri
tum in numero ſeruoꝝ tuoꝝ vo/
care dignatus es. et ſacri corporis
et ſanguinis tui ꝑticipem fieri vo
luiſti Queſo eternam miſericordi
am tuam. vt per hanc ſacramen-
torum tuorum ꝑceptionem: et pec
catorum me ſordibus emundes: et
a vicijs cunctis inſidijſqꝫ inimici

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cuſtodias: ⁊ voluntatē tuā facere
me doceas. ⁊ ad ſempiterna gau-
dia pducas Amen

Oratio poſt cōionem

Gracias ago tibi dn̄e iheſu xp̄e
rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. grā-
rum actiones p poſſe mee fragili-
tatꝫ tue imenſe pietati pȳſſime re
fero q̄ ſacro corpore ⁊ ſanguīe tuo
meā nimis aridā dulciter refeciſti
aīam Rogo vt quicquid in me vici
orum tueqꝫ inuenit volūtati ↄtra
riū: ↄmunione huiꝰ ſacramēti fun-
ditus euacuet. et cor meū dignum
ſpūs ſcī habitaculū pparet Et dul
ciſſime ieſu ſit hoc ſacro ſcm̄ corpis
et ſanguis tui ſacramentū ſuaui-
tas ⁊ dulcedo aīe mee: ſalus ⁊ ſan-

ctitas in omni tēptatione: pax et
gaudiū in omni tribulatiōe: lumē
et v̄tus in oīni v̄bo ꝛ ope: ſolaciuꝫ
et tutela finalis in morte Amen

¶ Oratio poſt cōmunionem.

Deprecor te clementiſſime dñe
per illud dulciſſimū ꝛ glorio-
ſiſſimū corpus ꝛ ſanguinē tuū qđ
ego miſer et vilis pctōꝛ ſumpſi ni-
mis indigne Et ꝑ merita gloſe vir
ginis marie ſanctiqꝫ patrꝭ nr̄i Au
guſtini. ꝛ oīm ſcōꝝ: quatenus per
v̄tutē eiuſdē ſacramēti des michi
et oībus ꝓ quibus orare teneor. ve
niā oīm peccatoꝝ et grām tuā qua
ſic viuere poſſimus vt ōnis nr̄a co
gitatio: omnis locutio: oīs opera-
tio nr̄a ꝛ tota vita nr̄a ſempꝛ ſit ad

laudē ⁊ gloriam ſancti nomīs tui.
Qui viuis ⁊ regnas ⁊c.

¶ Oratio poſt ad beatā virginē

O Sereniſſima et inclita virgo
maria mater dñi nr̄i ieſu xp̄i
que eundē dñm creatorē oīm crea-
turaꝝ tuo ſacratiſſimo vtero por-
taſti: cuius veriſſimmm corpus et
ſanguinē ſumpſi. Ad ipſum ꝓ me
pctōre q̄ſo intercedere digneris: vt
quicq̄d in hoc ineffabili ſacramen
to ignorāter vel accidentaliter ſeu
etiā negligēter ꝯmiſi: cuis ſcis pci-
bus mihi clemēter digneꝰ indulge
re Qui viuit ⁊ regnat in ſ. ſ. Amē.

¶ Oratio poſt celebrationē

B Enigniſſime dñe deus grās
ago tibi q me indignū pecca-

torem ad ſacerdotale officiū. et ad
diuinū miſteriū celebrandū miſe-
ricordit elegiſti Grās ago tibi dul
ciſſime d̄s q me p̄cioſiſſimo corp9 et
ſāguie tuo refeciſti. Grās tibi ago
clemētiſſime deus p devotiōe qua
me ſpecialiter in hac miſſa reſpexi
ſti Grās ago tibi piiſſime ihesu q
me ptegendo a periculoſis negli-
gentijs cuſtodiſti Mi dn̄e deus p
tam gratiſſima electione. pro tam
dulciſſima refectione. pro tam piiſ
ſima reſpectione. pro taz beniguiſ-
ſima protectione et cuſtodia. et pro
omnibus beneficijs tuis. tibi dn̄e
deus ex toto corde grās ago. te be-
nedico. te laudo. te glorifico. Qui
viuis et regnas et c̄.

## Oratio poſt celebratione̅

Ecce domi̅e deus meus ego in
dignus ꝛ minimus inter oe̅s fa
mulos tuos ſacdotes expleui iux
ta ꝯſuetudine̅ officiu̅ miſſe Deꝑre
cor ergo te pijſſie̅ dn̅e remitte mihi
ꝙ ad celebrandum miſteria tua ac
ceſſi ta̅ indigne ꝛ ta̅ impude̅ter Re
mitte obſecro mihi dulciſſime dn̅e
ꝙ ſacru̅ corpus ꝛ ſanguine̅ tuum
tractaui ꝛ ſumpſi ta̅ indeuote ꝛ ir
reuere̅ter Remitte mihi cleme̅tiſ
ſime deꝰ ꝙ in hac ſacratiſſima miſ
ſa tam in dice̅do ꝙ̄ in age̅do ꝛ me
dita̅do tranſiui incaute ꝛ neglige̅
ter Remitte mihi beniguiſſime do
mine ꝙ de menſa tua receſſi tocie
ns tam ingrate ꝛ indece̅ter. Heu

et ꝯdona mihi omnia quibus nūc
et vnqꝫ oculos tue maieſtatꝭ offen
di Qui viuis ⁊ regnas in ſe. ſe. A

¶ Orō qua remittuntur omnes
negligentie

S Ancte et indiuidue trinitati.
ieſu xp̄i crucifixe humanitati: bea-
te marie v̄gini ac matri ſit ſempit'-
na gl'a. ab omni creatura: p infini
ta ſeculoꝝ ſecula Amen.

¶ Sequuntur orōnes de paſſio
ne dn̄i ¶ Et primo orōnes ſcī Grego
riȷ̄. quaꝝ indulgētie ſunt innume
rabiles

O Domine ieſu xp̄e adoro te
ī cruce pēdentē ⁊ coronā ſpi
neā ī capite portantē Dep̄cor te vt
tua crux liberet me ab angelo per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cutiente Amen Pr̃ nr̃

O dn̄e ihesu xp̄e adoro te in cruce vulneratū felle ⁊ aceto potatū Deꝑcor te vt tua vulnera quinqꝫ ſint remediū aīe mee Amē Pr̃ nr̃

O domine ieſu xp̄e rogo te per illam amaritudinē tuam quā ꝓ me ſuſtinuiſti in cruce. Et maxime in illa hora quādo nobiliſſima et ſanctiſſima anima tua egreſſa eſt de benedicto corpe tuo Miſerere anime mee nunc ⁊ in egreſſu ſuo. et ꝑduc eam in ſinum abrahe Amen

Pater noſter

O domine ieſu xp̄e adoro te in ſepulchro poſitum. mirra ⁊ aromatibus conditū Deprecor te vt tua mors ſit vita mea Amen Pr̃ nr̃

O dñe ieſu chriſte adoro te deſcen
dentem ad inferos. indeqꝫ liberan
tem captiuos Deprecor te ne me ꝑ
mittas illuc introire Amen
Pater noſter Aue maria
O domine ieſu chriſte adoro te re-
ſurgentem a mortuis. aſcendentē
in celum. aſcendentemqꝫ ad dexte
ram patris. Deprecor te miſerere
mei, vt illic te ſequi et p̄ſentari me-
rear Amen.
Pater noſter Aue maria
O domine ieſu chriſte paſtor bo-
ne. iuſtos conſerua. peccatores iu-
ſtifica. omnibus fidelibus miſere-
re Et propicius eſto mihi peccato-
ri Amen Pater noſter
Aue maria

O amātiſſime dn̄e pater ego of-
fero tibi innocentē mortē dilectiſſi
mi filij tui ⁊ amorem deifici cordis
ſui ꝓ om̄i culpa ⁊ pena quā ego mi
ſerrim⁹ ⁊ oim pctōꝝ maxim⁹ et ne-
phādiſſim⁹ pctis meis merui et ꝓ
oībus charis ⁊ amicis meis viuis
et defunctis Deprecor te miſerere
mei Pater nr̄ Aue maria

Iulius papa modern⁹ addidit
hanc orōnem nouā añ collectas ad
alias orōes dicendā añ ymaginē
pietatis Et duplicauit oēs fere in
dulgētias q̄ iam fere ſunt ducēta
milia annorum

O dn̄e ieſu xp̄e adoro te ad iudici-
um ꝓcedentē: iuſtos ad paradiſuꝫ
vocantē: ⁊ pctōres ꝯdemnantem.

Deprecor te vt amara paſſio tua li
beret me a penis inferni ⁊ pducas
me ad vitā eternā Amē Pr̄ nr̄
Oremus
Domine iheſu xp̄e fili dei viui
ſaluator mūdi: rex gl̄e clementiſſi-
me. qui ſanctiſſimū paſſionis tue
miſterium beato gregorio famulo
tuo mirabiliter reuelaſti: da mihi
miſero pctōri illā pfecte cōſequi re-
miſſionē peccatoꝝ quā idē venera
bilis antiſtes et alij eius ſequētes
de plenitudine ap̄lice poteſtat; oī-
bus vere penitētibus pceſſerunt.
Qui viuis ⁊ regnas deus ⁊c.
Alie orōnes btī gregorij pape ad
quinqꝫ vulnera xp̄i Et hn̄t quin-
gentos annos indulgentiaꝝ cum
Q

Ave dextra manus xp̄i. pfora-
ta plaga triſti. nos ad dextrā
iube ſiſti. quos per crucē redemiſti

Pater noſter

Aue palma iheſu leua ſic confixa
manu ſeua. nos ab eue morte leua
quā ꝑduxit mr̄ eua Pr̄ nr̄.

Aue latus lanceatū. vnde fluxit
flumē gratū. prebe nobis conduca
tum. ad eternū vite ſtatū Pr̄ nr̄

Aue vulnus dextri pedis. edem
mentis pie ledis. dum ad eaʒ ſepe
redis. eſto nobis ſpes mercedis

Pater noſter

Aue vulnus leue plante. qua vi-
tutum creſcunt plante. nos ab ho
ſte ſupplantante. contuere poſt ꝫ

ante Pater noſter. Et ne nos in.
Dñe exaudi orõem meam. Et cla-
mor meus ad te veniat

Collecta

Domine ieſu xp̃e fili dei viui p̃
cor te p̱ quinqȝ vulnera que p̱
me pctõre in cruce ptuliſti. dirige
ſenſus cordis ⁊ corporis mei ad hono
rẽ ⁊ bñplacitũ tuũ. vt nõ decedã ex
hac vita ſine vera penitẽtia. pura
cõfeſſione. digna ſatiſfactione. ſa-
croſctã euchariſtia. oleiqȝ ſacra vn-
ctione Da mihi dñe ieſu xp̃e in per
turbatione conſiliũ. in perſecutio-
ne ſolacium. in omni quoqȝ tẽpta-
tione virtutem. De preteritis ma-
lis meis veniam. de futuris caute
lam ⁊ cuſtodiam Amen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Sequenti orōni Gregorius ter
cius ꝯtulit tot dies indulgentiaꝝ
quot in corꝑe xp̄i vulnera fuerūt

Obſecro te amātiſſime dn̄e ieſu
xp̄e ꝑpter illā eximiā charita
tē qua humanū genꝰ dilexiſti quā
do tu celeſtis rex pēdebas in cruce
cū plena charitate cum mitiſſima
aīa: cū triſtiſſimo vultu: cū turba
tis ſenſibꝰ: cū ſanguineis vulneri
bus: cū expāſis manibꝰ: cū ꝯſtrepē
tibus mēbris: cū extēſis venis: cuȝ
clamoroſe ore. cum rauca voce. cuȝ
pallida facie: cū mortali colore: cuȝ
lachrimoſis oculis: cū gemebundo
gutture: ardēti cerebro: ſitibūdis
deſiderijs: amaro guſtu aceti ⁊ fel
lis: cū iclinato capite morte obuiā

te: cũ diuiſione corpis ꝛ aĩe cũ origi
ne viuentis fontis In ea charita-
te p̃cor te piiſſime dñe ieſu xp̃e qu
cor tuũ amoroſuʒ ſcindebatᷣ. vt ſis
mihi placabilis ſup multitudineʒ
peccatoꝝ meoꝝ ac bonũ ꝛ ſcm̃ finẽ
vite mee. nec nõ gratioſam letãqꝫ
reſurrectionẽ. ꝓpter tuã magnaʒ
miſericordiã mihi et oĩbus amicis
atqꝫ inimicis meis tribuere digneris.
¶ Innocẽtius papa tercius ↄceſſit
oĩbus vere penitentibus tres ſub
ſcriptas orõnes deuote dicẽtibus
remiſſionẽ oĩm peccatoꝝ

¶ Prima oratio

Domine ieſu xp̃e fili dei viui q̃
pro redẽptione nr̃a naſci ꝛ circũci-
di voluiſti. et a iudeis reprobari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oſculo tradi. capi. ligari. et cū vin-
culis anne. cayphe. herodi ꝛ pila-
to offerri. accorā eiſdem colaphis.
alaphis flagellis ꝛ arundine cedi.
facie velari. cōſpui. ſpinis corona-
ri. falſis quoqȝ teſtibꝰ accuſari. iu-
dicari. et vt agnus innocēs tuam
crucē ferendo ad victimā duci. cla-
uis ꝑforari. felle ꝛ aceto potari. at
qȝ in cruce morte turpiſſima ꝯdēp
nari ac lancea vulnerari. Per has
ſanctiſſimas penas ab oībus pec-
catis ꝛ penis nos libera. et ꝑ ſcām
crucē tuam illuc nos perduc miſe-
ros peccatores. quo ꝑduxiſti tecū
crucifixū ſero penitentē latronez.
Amen VI Secūda orō
Auxilietur nobis pie dn̄e ieſu

chriſte oēs paſſiones tue et defen-
dant nos ab om̄i tribulacōe et an-
guſtia. ab om̄i dolore ꝛ triſticia. ab
oī periculo et miſeria. ab oī pctō et
cordis immūdicia. ab om̄i ſcanda-
lo ꝛ infamia. ab oībus malis aīe ꝛ
corpis A morte ſubitanea ꝛ impro
uiſa. ab omni ꝑſecutione hoſtium
viſibiliū ꝛ inuiſibiliū Scimus em̄
ꝙ in quacūqꝫ die vel hora paſſiōis
tue memoriam habuerimus ſalut
erimus Ideo de immenſa pietate
tua cōfiſi te precamur piiſſime ſal
uator. per benigniſſimas ſanctiſſi
maſqꝫ paſſiones tuas vt benigno
nos ꝓtegas auxilio. ꝛ ꝯtinua pie-
tate ab omni malo nos conſerues
Amen ¶ Tercia oracio

Omnipotens deus de deo lumē de lumine qui humanū gen⁹ ex precepto patris patibulo crucis ⁊ ſanguine ꝓprio redimere dignat⁹ es te ſuppliciter exoram⁹ ut nō ſecundū pctā nr̄a facias nobis: ſꝫ ſecundū magnaꝫ miam ſaluos nos fac indignos famulos tuos Tu q̄ꝫ exurge ĩ adiutoriū nr̄m. ⁊ eſto nobis turris fortitudīs ⁊ clipeus inexpugnabilis a facie inimici Atqꝫ ab oī culpa et pena miſericorditer nos libera: ⁊ ab oī aduerſitate corporis ⁊ aīe clemēter defende. Qui viuis et regnas ⁊c̄.

Sequuntur orōnes de dn̄a

Oratio aurea ad beatam virginem

Ave roſa ſine ſpinis. tu q̄ pr̄
in diuinis. maieſtate ſublima-
uit. ⁊ ab omni ve purgauit
Maria dicta ſtella marꝫ nato tuo
illuſtraris: luce clara deitatꝫ: qua
prefulgens cunctis datis
Gr̄a plena te ꝑfecit ſpūſſcūs duꝫ
te fecit vas diuine bonitatis et to-
tius pietatis
Dn̄s tecū miro pacto verbo vite
carne facto opere trini ꝯditoris. o
q̄ dulcis vas amoris
Benedicta tu in mulieribꝰ. hoc
teſtatᷣ ōnis tribꝰ. celi fantur te bea
tā ſuꝑ oēs exaltatā
Et bn̄dcūs fructꝰ vētris tui. quo
nos ſꝑ dona frui. ꝑ ꝑguſtū hic inte-
nū: ⁊ poſt mortē in eternū Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Oratio deuota ad beatam vgi
nem mariam**

Obſecro te maria mr̄ ſumme
benignitatis ꝑ illā ineſtima-
bilē leticiā qua exultauit ſpūs tu⁹
in illa hora qū ꝑ gabrielem archan
gelum nūciatus eſt tibi ex te naſci
turus filius dei ꝛ ꝑ illud plenū mi
ſteriū quod tūc oꝑatus eſt dū dixit
Spūs ſcūs ſuꝑueniet in te ꝛ vtus
altiſſimi obumbrabit tibi. ꝛ ꝑ illud
plenū gaudiū quo letificata ē aīa
tua: qū eleuata es ſuꝑ omnē pleni
tudinem ſanctoꝝ in celis vt michi
culpabili et indigno famulo tuo im
petres a dilecto filio tuo grām ſpi
rituſſancti qui bene oīa diſponat:
mentem meam: ſermones meos:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oīnqꝫ vitā meaꝫ: et in nouiſſimis
meis oſtēdas mihi letā ⁊ beatam
faciē tuā. ⁊ annūcies mihi diē ⁊ ho
ram obitus mei. et tūc ſupplicem
aīam meā tecū ſuſcipias in vitam
eternā Audi ⁊ exaudi me dulciſſi-
ma mr̄ gratie: ꝑ ieſum xp̄m filiuꝫ
tuū redēptorē mūdi Qui cū patre
et ſpū ſcō viuit ⁊ reg. in ſe. ſe. amē

Septē gaudia btē marie ỽgis

Gaude ỽgo mater xp̄i que ꝑ
aurem concepiſti. gabriele
nuncio Que prudēter reſpō
diſti. ecce ancilla dixiſti. ſed homi-
nem neſcio Hic ſerpentem contri-
uiſti. dei verbum impleuiſti in ge
neſis principio

Aue maria.

Gaude qꝛ dō plena . peꝑiſti ſine pena cū pudoꝛis lilio. Caſtitati lili um pudoꝛ᷒ vĝa veſſe flos odoꝛ᷒ ſal uas puerꝑio. Quos dānauit dux erroꝛis adā eua fons meroꝛis colu bris ingenio Aue maria gr̄a.

Gaude qꝛ magi dona tuo nato fe rūt bona quē tenes ī gremio Aue tēplū dei dignū vĝo cui᷒ ītra ſinū reges adoꝛāt dn̄m Obtulerūt tria triuo. auꝝ regi ꝫ thus deo ac myr rā ſepulture aue maria gr̄a

Gau. qꝛ tui nati quē dolebas moꝛ tē pati fulget reſurrectio Aue vĝo cui᷒ nat᷒ a iudeis moꝛti dat᷒ ſurre xit die tcia Multū gauiſa fuiſti qn̄ ip̄m agnouiſti viuū in carne pro pria Aue maria gr̄a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gaude xp̄o aſcendente q̄ in celū
te vidēte motu fert̄ ꝓprio. Clara
nube ferebat̄ galilea mirabat̄ de
tāto miſterio Vox iocūda nunciat̄
humanitas coronat̄ celi throno re
gio O quātū gaudiū tibi xp̄i puer
pere qn̄ ipſm̄ vidiſti ſup oēs celos
ſcādere ipſumq; recepi in ſede pa-
terne dextere Aue maria
Gaude q̄ paraclit⁹ in te aduenit
ſpūs in pēthecoſtes die replēs te
diuinit⁹ in linguis cū apl'is ⁊ in ig
nis ſpē O felix v̓ginitas ⁊ regina
gl'e. tibi ſp fit feſtiuitas ⁊ cauſa le-
ticie Aue maria
Gaude q̄ poſt ipm̄ ſcādis ⁊ eſt ho
nor tibi grādis in celi palacio Celi
throno ſublimata gēmis ſacris co

donata paradiſū ſolio. O heſter in
tronizata eſto nobis aduocata co/
rā rege filio. vbi fruct⁹ ventris tui
p̄bedetur nobis frui in ꝑhēni gau
dio Dū hec tibi memoram⁹ virgo
ſacratiſſima fac vt tecum gaudea/
mus ꝑ eterna ſcl'a Amē. Aue ma
¶ Sequunt' ſeptē dolores btē ma/
rie virginis Primus dolor
Aue dulc' mr̄ xp̄i q̄ dolebas cor
de triſti. te docente ſymeone.
de dire mort' mucrone. ſis memor
huiꝰ doloris: nūc ꝑ oībus horis: fac
me pie memorari penā mortis tui
chari Aue maria Scd's dolor
Aue dulcis mr̄ xp̄i: q̄ in egiptū fu
giſti. flens ibi notis carebas: et la
bore tabeſcebas: nunc q̄ſo ſis exilij

tui mēor ac filij: da te mihi ꝛ filiuz
tuū poſt hoc exiliū Aue ¶ Ter. do.
Aue dulcis mr̄ xp̄i q̄ dolebas cor-
de triſti natū requirēs inclitū. tri-
bus diebus ꝑditū. ꝑ hac tua meſti-
cia fac me ī eꝰ grā: iuentū ꝑ te pleni-
ter. ꝑſeuerare iugit̄ Aue. iiij. do.
Aue dulcꝭ mr̄ xp̄i. q̄ dolēs ꝛ flens
vidiſti. captū vinctū. dire ceſū. ple-
nū ꝓbris dulcē ieſuz. huiꝰ mēor tri-
ſticie. mr̄ mie. a demonis inſidijs
fua me ꝛ obprobrijs Aue. v. do.
Aue dulcis mr̄ xp̄i. q̄ dolēs ꝛ flēs
vidiſti. cruci nexum ſpecioſuz: ieſū
factū ſeu leproſum. ꝑ dolorē hūc tā
fortē. et ꝑ nati tui mortem in hora
mortis vltima aſſis mihi chariſſi-
ma Aue maria ¶ Sextus dolor

Aue dulcis mater xp̄i. q̄ de cruce
ſuſcepiſti. vlnis ieſum iā mortuū
pioꝝ plena fletuū. me vlnis clemē
tie. foueto mr̄ gr̄e. cū oīb⁹ fidelib⁹
ſolamina poſcētib⁹ Aue vij. do.
Aue q̄ poſt mortē xp̄i dolēdo ſepe
vidiſti. cūcta loca martirij. eiꝰ ple-
na ſuſpirij. ob penas quas ſuſce-
peras. iſta loca dū videras Da ſic
poſt trāſitoꝫ mihi locū i glā. i ho-
nore nūc tantoꝝ ceterorūqꝫ doloꝝ
quos ꝓ nato corde triſti. virgo vn
q̄ꝫ pertuliſti meam tibi miſeriam.
cōmittens ſerua aīam ſpqꝫ his do-
loribus dulcis adiutrix oīb⁹ O cle-
mēs O pia O dulcis vgo maria A.
Oratio deuota ad btām virgi
nē de anguſtijs eius quas habuit

de morte chriſti

Memento obſecro dulciſſimã
mater ꝛ dña illius venerã
de ſtationis qua tuo tã beato filio
aſtitiſti in cruce pendẽti ꝛ reduc q̃
ſo ad memoriaz cogitatiões cordis
tui ꝛ innocẽtis aĩe tue anguſtias
quas tũc habuiſti qñ ille vnigeni-
tus tuus ĩmolatus eſt in oculis tu
is: et recogita ꝙ oĩa ꝓ peccatoribꝰ
tolerare voluit. quoꝝ vnꝰ ego ſuz.
ipſe eñi morte ſua meruit vt eſſem
frater ſuus Ergo ne dedigneris pi
iſſima mr̃ quin et ego ſim filiꝰ tuꝰ
ad te hodie o vnica ſpes miſeroruz
cõfugio: plenus fiducia. tibi meip-
ſum ꝛ oẽs neceſſitates meas et fi-
deles tuos mihi cõmiſſos deuot-

p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

committo Te hodie matrē ꝛ patro
nā pre oībus eligo ꝛ ꝓpto Noli er
go pijſſima mr̄ ſpernere me miſeꝝ
peccatorē ꝓpter pctā mea nimia ꝛ
noli me abicere amia tua propter
eū qui amore mei nud⁹ ꝛ dilacera-
tus pepēdit in cruce an̄ te: ſꝫ reſpi-
cere me digneris tua dulciſſiā grā
ſicut te et iohāne reſpexit ihs fili⁹
tuus dn̄s ꝛ redēptor noſter qui eſt
in ſecula benedcn̄s Amen
¶ Horas ꝯpaſſiōis btē virgis ma
rie papa clemens ꝯpoſuit ꝛ ꝯceſſit
eas deuote dicentibus cccc. dies in
dulgentiarum
Hora matutina marie nuncia
tur ꝙ ieſus a iudeis falſis captiua
tur: domū anne petijt illuc duce-

batur Toto corde tremuit nimiũ ſte
tractabatur
Hora prima maria ieſum ſuũ na
tum. crebris ſingultib⁹ ſequit᷑ ad
pilatuz: falſos teſtes audit. ſputo
maculatũ Cernẽs ingemiſcit acri
ter alapatum.
Hora audit tercia crucifige natũ
vidit tectum purpura. ſpinis coro
natũ ⁊ ad mortis ſententiã eundẽ
dampnatuz. trabe crucis magna
grauiter oneratum
Hora ſexta maria vidit ꝯclauari
corpus xp̄i tenez in altũ leuari Je
ſum ſitientẽ cũ felle ſaturari: et ve
ſtẽ ſuã filij ſanguine rubricari
Hora nona vidit ieſum expiran
tẽ: audit helij voce magna clamaꝫ

tem emaſiſſe. ſpm̄ patri ꝯmendā
tem. Cuſem ſymeonis ſenſit cor eiꝰ
pectorantem
Hora veſp̄tia maria doloroſa de
cruce depoſitum voce q̄ruloſa. cō-
tinēs in gremio. dixit o meoꝝ vite
ſuſtētatio ꝛ lumen oculoꝝ
Hora ꝯpletorij veit ad ſepulchꝛū
vnxitqꝫ aromate maria corpꝰ pul
chrū. ieſu ꝫ deformatū. pallore mor
tis dire. coronā noſtri premij p̄ſen
tis ꝛ futuri
Has horas canonicas maria mē
pia. tue laudi refero cordis ſimpho
nia. vt ſicut tu ꝯpaſſa es nato in a
gone. ſic huic me ꝯgreges ſociū fac
corone vꝰ. In oī tribulatōe et an-
guſtia nr̄a Succurre ꝛc. Collcā

Interueniat ꝓ nobis q̄s dn̄e
ieſu xp̄e nunc ⁊ in hora mor-
tis nr̄e apud tuā clementiā glo͛ſiſſi-
ma v̓go maria mr̄ tua: cui⁹ ſacra-
tiſſimā aīam in hora bn̄dicte paſſi-
onis et amare mortis tue doloris
gladius ꝑtrāſiuit Qui viuis

¶ Subſcriptā orōem edidit ſixtus
papa quartus: ⁊ ↄceſſit eā deuote
dicētibus corā imagine btē marie
virginis in ſole xi. milia annoꝝ in
dulgentiaꝝ veraꝝ.

Aue ſanctiſſima maria. mater
dei, regina celi. porta paradi-
ſi: dn̄a mūdi: tu es ſingularis v̓go
pura: tu ↄcepta ſine peccato: cōce-
piſti ieſum ſine macula: tu peperi-
ſti creatorē et ſaluatorem mūdi in

quo ego non dubito Ora ꝑ me Je-
ſum dilectum filium tuũ et libera
me ab oibus malis Amen

Oratio ſancti Auguſtini ad bea-
tam virginem.

S Ancta maria virgo virginũ.
ſancte trinitatis ſacrariũ: an-
geloꝝ mirabile ſpeculũ: ſtella ſan-
ctorum oim: tutum peccatoris re-
fugium. Inſpice piiſſima meũ pe-
riculũ: ſuſcipe clemẽtiſſima meũ
ſuſpiriũ ⁊ comple meũ deſideriũ
et placatũ fac mihi tuum filium re-
gem regũ ⁊ vniuerſi dñm

A P B
Collegii Societ. Jesu Paderb.

Nr. 4018 Ausgang: 1991

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

me us quoniam ad te orabo do

mi ne

Tui dne pceptione sacramenti & a nris mundemr occultis. & ab hostiu liberem insidiis. P.

Mentes nras qs dne lu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

filiuſ liberauerit· uere liberi
eritiſ· Scio· quia filii abra
he eſtiſ· Sed quęritiſ me
interficere· quia ſermo meuſ
n̄ capit in uob· Ego qđ uidi
apud patrē loquor· & uoſ
quę uidiſtiſ apud patrē



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN